

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2199

Auteur(s) : Raoul d'Anéeles [particulier]

Bénéficiaire(s) : Guillaume, fils de Hugues [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1251, décembre

Lieu d'émission : Cintheaux

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

« Vez ci la lettre de la vente que fist Raoul de Aneeles a Vuillaume fiz Hue(analyse du milieu du XIVe s.) ». Raoul d'Anéeles concède, à Guillaume fils de Hugues, pour son service et 10 livres tournois, le droit de mouture et le service fait pour le moulin de Clarel.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Saige Gustave, *Cartulaire de la seigneurie de Fontenay le Marmion*, Monaco, Imprimerie de Monaco, 1895, n° CXVII, p. 158-159.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Radulfus de Aneeles dedi et concessi et omnino quietavi Guillelmo filio Hugonis, pro servicio suo et pro decem libris turonensium quas dedit mihi, videlicet totam moutam et totum servicium quod faciebat de Clarel, de herbergagiis suis et de tota terra sua, ubiconque sit mouta, ac servicio molendini predicti pertinenti et de tota terra de qua poterit se crescere in feodo de quo possit dicto molendino moutam vel servicium evenire. Et insuper concessi et confirmavi eidem Villelmo quod nullo modo de cetero, pro se nec pro heredibus suis, nec pro aliis, ego vel heredes mei in predictis herbergagiis et predictis terris predicti Villelmi, pro moutis et serviciis molendino de Clarel pertinentibus, et insuper pro gallina quam heredes Hugonis le Veisous faciunt mihi annuatim, vel aliquo alio mihi de supradicto feodo pertinenti, possumus justiciam excercere, nisi tamen modo pro tribus auxiliis feodalibus. Et sciendum est quod confirmavi eidem Villelmo et heredibus ejus quod possunt se crescere in meo feodo de cetero quando voluerint, sine contradictione mei vel heredum meorum. Et item sciendum est quod quando auxilia predicta exciderint, quod predictus Villelmus erit quietus et heredes sui pro duodecim cenomanensium et non amplius, sicut antea dividuntur. Hec autem omnia supradicta ego, predictus Radulfus et heredes mei predicto Villelmo et heredibus suis tenemur contra omnes garantizare et deffendere et in omnibus deliberare, et si necesse fuerit, ad totam valorem excambire. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, ego predictus Radulfus hanc presentem cartam testimonio sigilli mei pendentis confirmavi. — Actum fuit hoc, anno Domini M° CC° quinquagesino primo, mense decembris, coram parrochia de Saintellis.